Vergilius Maro, Publius; Brant, Sebastian [Editor]: Publij Virgilij Maronis Opera: [cum quinque vulgatis commentariis ex politissimisque figuris ...]
Straßburg, 1502 Seite 368v



Vnũ hoc per si qua est victis venia hostibus oro:
Corpus humo patiare tegi: scio acerba meorũ
Circunstare odia hunc oro defende furorem:
Et me consortem nati concede sepulchro.
Hec loquit: iuguloq; haud inscius accipit ense
Vndantiq; animã diffundit in arma cruore.

a frigore myrtos. Et bene petit ab Aenea: quod scit eum vltro concedere: vt probauit in filio. Petit autem non de eius pietate dubitans: sed timens irã suorum. m Haud inscius. S. Liptotes figura: non em̃ dicit non ignarus. sed expectans omnibus votis: vt munera nec sperno. i. libẽter accipio: in hac autem figura plus cogitatur q̃ dicatur. C. Haud insci9. Ita describit Turnus: vt anio esset inuictus. Dyonisius i hac hystoria scribit: q̃ cõmissa pugna Latin9 et Turn9 cecidere: & Aeneas nusq; ampli9 apparuit. Deinde scribit obsessis Troianis Mezẽtius tanq; victor imparabat: petebat

q; ab Ascanio sibi darĩ vinum: quod latio prouenĩret. Ascanius recusauit: & vinũ Ioui vouit: inde nocturno tẽpore e castris exercitũ educẽs hostes inuasit: validaq; pugna cõmissa captis hostium castris multos: et cũ his Lausum troiani ceciderũt. Mezẽtius occupato cũ paucis ꝓpinq̃ monte audita cede filii: cũ Ascanio pacẽ egit: et rduxit i Ethruriã. Virg. aũt hec que dicit in laudẽ Aenee fingit. n Vndãtiq; in ar. S. Ordo est in arma vndanti. o Animã diffũdit in ar. cru. S. Cuius sedem pleriq; sanguinẽ volunt esse: et sic ẽ dictũ: vt vna eadẽq; via sanguisq; ani9q; sequũt

Finis libri decimi.

## P. Vir. M. Ar. in Vndecimũ Aeneidos Libri.

Occisis proprium pars utraq; reddit honorem
Supplicibus: calidõe satus negat arma latinis:
Cum turno alterno iurgat certamine Drances
Aeneas equitem premittit: & obuia virgo
Excipit; extincta rutuli dant terga camilla.

Vel sic

Vltaq; de hinc ferĩ telo mactata camilla.

Descriptio. Vndecimi libri

Vndecimo victa est non equo, mare camilla.
Constituit marti spoliorum ex hoste trophẽũ
Exanimũq; patri natum palanta remittit
Iura sepulture tribuit: tempusq; latinis.
Euander patrios affectus edit in vrbe:
Corpora cesa virum passim digesta cremantur.
Legati referunt diomeden arma negasse.
Drances & turnus leges equante latino
Concurrunt dictis: Aeneas imminet vrbi.
Pugnatur: vincunt troes: cadit icta camilla.
Deinde duces castris; donec cessere minantur.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/vergil1502/0749
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.